



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Coletau. 6. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

154 VITÆ SANCTORUM. 6. Mat  
strus olim promisit, ut quæ hunc &  
Cælices alios familiares quotidie in o-  
culis habuit. Quare vaticiniis ac mira-  
culis clara, & à D. Ioanne Apostolo,  
annulo CHRISTO desponsa, ab hoc  
ipso tandem in cælos deduci visa est. E-  
pulum Eucharisticum ingenti fame appe-  
tiit; & hinc, favore in paucis memoran-  
do, eundem convivatorem & cibum  
quandoque nacta, CHRISTUM  
CHRISTI manu accepit. Aspera quæ-  
que ferre ejus amore ita aiebat, ut om-  
nes Martyrum cruciatus lubens volens  
persenserit, toties prope Martyr dicen-  
da, quot Martyres cælum numerat. Sed  
ad id impulit nimirum Servator, qui  
tormenta, quæ exantlasset, quibusque  
membris, singula ipse omnia enarravit.  
Addo, quod primò omnium loco erat  
ponendum. Precanti in conspectum  
MAGNA MATER se & FILIOLUM  
suum dederat; sed non eum, qui è sinu  
vel MATRI vel COLETÆ arrideret,  
sed qui unum jam toto vulnus corpuscu-  
lo, lacrimis suis commiserationem vi-  
deretur atque opem exposcere. Adiecit  
FILIO adgemiscens MATER, illam  
etiam hodie facinorosorum crudelitatem  
esse: utique pueritiæ cum primis, quæ  
vix natum CHRISTUM, vix ipsa nata,  
non jam uno concidit vulnere. Quin  
quod placet prævenire Iudæorum manus:  
puerum CHRISTUM in crucem pueri  
agunt,

7. Mart. VITÆ SANCTORUM. 155  
agunt, nec semel agunt. Superi! quid  
gigantes facient, quando bellum celo  
pumiliones inferunt? Ex Steph. Jul.

*Vide & considera, quanta sit erga te  
dignatio Dei tui, & obliviscere populum  
tuum & domum patris tui: desere carna-  
les affectus, seculares mores dedisce, à  
prioribus vitiis abstine, consuetudines no-  
xias obliviscere. S. Bern. ferm. de Mut.  
Aquæ in Vin.*

S. THOMAS AQUINAS C. 7. Martij.

**T**HOMAS Aquinatium Comitum  
sanguis, infans oblata fortè in sche-  
dâ verba, quibus MARIAM salutamus,  
illico devoravit, bellaria omni infantia  
danda. Puer in bullâ suâ mundum agno-  
vit, eoque ad D. Dominici castra confu-  
git; sed retractus à tam generosâ fugâ  
egregiam pugnam edidit, Veneremque  
ab inimicis domesticis subornatam,  
& faces sibi admoventem, raptis è foco  
armis, in fugam agens novo stratage-  
mate ignes ignibus elusit. Ita ubi debel-  
latum est, victoriam gratulati Angeli,  
balteo virginitatis victorem exornarunt.  
Ille postea doctrinam virtuti socians,  
ita de Republ. Christianâ meruit, ut in-  
ter Doctores sanctiores Princeps habeat-  
ur. Certè præclaram censuram CHRIS-  
TUS è cruce tulit illis verbis: *Bene de  
me scripsisti Thoma; merces tua quæ erit?*  
Supe-